

ris sit? et ait Pomponius, posse te ei denunciare, [et] vites præcidere: idque et Labeo scribit; aut uti eum debere interdicto Uti possidetis de eo loco, quo radices continentur vitium: nam si tibi vim fecerit, quo minus eas vites vel præcidas, vel transducas, vim tibi facere videtur, quo minus possideas: etenim qui colere fundum prohibetur, possidere prohibetur, inquit Pomponius. — § 5. Item videamus, si projectio supra vicini solam, non jure haberi dicatur, an interdictum Uti possidetis sit utile alteri adversus alterum? Et est apud Cassium relatam, utriusque esse inutile, quia alter solum possidet, alter cum aedibus superficiem. — § 6. Labeo quoque scribit: Ex aedibus meis in ades tuas projectum habeo; interdictis mecum, Si eum locum possideamus, qui projecto tegitur: an, quo facilius possim retinere possessionem ejus projectionis, interdictum tecum, Sicuti nunc possidetis eas ades, ex quibus projectus est? — § 7. Sed si supra ades, quas possideo, cœnaculum sit, in quo alius quasi dominus moretur, interdicto Uti possidetis me uti posse, Labeo ait, non eum, qui in cœnaculo moraretur; semper enim superficiem solo cedere. Plane si cœnaculum ex publico aditum habeat, ait Labeo, videri non ab eo ades possideri qui κρόνται possideret; sed ab eo, cujus ades supra κρόνται essent; verum est hoc in eo, qui aditum ex publico habuit. Cæterum superficialium¹⁷ proprio interdicto et actionibus a prætore utentur: dominus autem soli, tam adversus alium, quam adversus superficialiarium potior erit interdicto Uti possidetis; sed prætor superficialiarium tuebitur secundum legem locationis; et ita Pomponius quoque probat. — § 8. Creditores-missos in possessionem rei servandæ causa, interdicto Uti possidetis uti non posse: et merito, quia non possident¹⁸. Idemque et in cæteris omnibus, qui custodiæ causa missi sunt in possessionem, dicendum est. — § 9. Si vicinus meus in parte mea tectoria habeat, et in parte sua: Uti possidetis mihi efficacior est, ut ea tollere compellatur. — § 10. Non videor vi possidere, qui ab eo, quem scirem vi in possessionem esse, fundum accipiam. — § 11. In hoc interdicto, condemnationis summa refertur ad rei ipsius æstimationem. *Quantus res est*, sic accipimus, quanti uniuscujusque interest, possessionem retinere. Servii autem sententia est, existimantis, tanti possessionem æstimationem, quanti ipsa res est: sed hoc nequaquam opinandum est: longe enim aliud est rei pretium, aliud possessionis.

4. Idem, lib. 70, ad Edictum.

In summa puto dicendum, et inter fructuarios hoc interdictum reddendum: etsi alter usufructum, alter possessionem sibi defendat. Idem erit probandum, et si usufructus quis sibi defendat possessionem; et ita Pomponius scribit. Proinde et si alter usum, alter fructum sibi tueatur, et his interdictum erit dandum.

TIT. XVIII.

DE SUPERFICIEBUS.

1. ULPIANUS, lib. 70, ad Edictum.

Ait prætor: *Uti ex lege locationis sive conductionis superficiei, qua de agitur, nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero fruamini, quominus fruamini, vim fieri veto: si qua alia actio de superficie postulabitur, causa cognita dabo.* — § 1. Qui superficiem in alieno solo habet, civili actione subnixus est: nam si conductus superficiem, ex conducto; si emit, ex empto agere cum domino soli potest. Etenim si ipse cum prohibeat, quod interest, agendo consequetur. Sin autem ab alio prohibeatur, præstare ei actiones suas debet dominus, et cedere. Sed longe utile visum est (quia [et] incertum erat, an locati existeret; et quia melius est possidere potius, quam in personam experiri): hoc interdictum proponere, et quasi in rem actionem polliceri. — § 2. Propinquitur autem interdictum duplex, exemplo¹⁹ interdicti *Uti possidetis*. Tueatur itaque prætor eum, qui superficiem petit, veluti *Uti possidetis* interdicto; neque exigit ab eo, quam causam possidendi habeat: unum tantum requirit, num forte vi, clam, precario adversario possideat. Omnia quoque, que in *Uti possidetis* interdicto servantur, hic quoque servabuntur. — § 3. Quod ait prætor: *Si actio de superficie postulabitur, causa cognita dabo*; sic intelligendum est, ut si ad tempus quis superficiem conduxerit, negetur ei in rem actio. Et sane causa cognita ei, qui non ad modicum tempus conduxit superficiem, in rem actio competet. — § 4. Is autem in cujus solo superficies est, utique non indiget utili actione, sed

17. L. 1. § 2. infr. tit. prox. — 18. L. 9. supr. de rei vind. § 1. in fin.; L. 10. § 1. supr. de acquir. vel amitt. poss. § 1. L. 12. supr. quib. ex caus. in poss. — 19. L. 1. in pr. supr. h. t.
TIT. XVIII. — 1. § 4. vers. et quis longe. Inst. de interdict. § 14. Inst. de oblig. que ex delict. — 2. L. 5. § 7. supr. tit. prox. — 3. L. 75. in fin.; L. 74. L. 75. supr. de rei vind.

habet in rem, qualem habet de solo. Plane si adversus superficialiarium velit vindicare, dicendum est, exceptione utendum in factum data: nam qui damus actionem, eidem [et] exceptionem competere multo magis quis dixerit. — § 5. Si soli possessori superficies evincatur, acquisitum erit, subvenire ei vel ex stipulata de evizione, vel certe ex empto actione. — § 6. Quia autem etiam²⁰ in rem actio de superficie dabitur, petitori quoque in superficiem dari, et quasi usufructum, sive usum quandam [ejus] esse, et constitui posse per utiles actiones, credendum est. — § 7. Sed et tradi posse intelligendum est, ut et legari, et donari possit. — § 8. Et si duobus sit communis, etiam utile communi dividendo iudicium dabimus. — § 9. Servitutes quoque prætorio jure constituantur: et ipse ad exemplum earum, quæ ipso jure constitutæ sunt, utilibus actionibus petentur: sed et interdictum de his utile competet.

2. GAIUS, lib. 28, ad Edictum provinciale.

Superficiarias ades appellamus, quæ in conducto solo positæ sint, quarum proprietas, et civili, et naturali jure ejus est, cujus et solum.

TIT. XIX.

DE ITINERE ACTUQUE PRIVATO.

1. ULPIANUS, lib. 70, ad Edictum.

Prætor ait: *Quo itinere actuque privato, quo de agitur, vel via, hoc anno nec vi, nec clam, nec precario ab illo usus es: quominus ita utaris, vim fieri veto.* — § 1. Hoc interdictum prohibitorium est, pertinens ad tuendas rusticas tantummodo servitutes. — § 2. Hoc interdictum prætor non inquiri, utrum habuit jure servitutum impositam, an non: sed hoc tantum, an itinere actuque hoc anno usus sit non vi, non clam, non precario: et tueatur eum, licet eo tempore, quo interdictum redditur, usus non sit. Sive igitur habuit jus via, sive non habuit, in ea conditione est, ut ad tuitionem prætoris pertineat: si modo anno usus est; vel modico tempore, id est, non minus quam triginta diebus. Neque ad præsens tempus refertur usus, quia plerumque itinerebus vel via non semper utimur, nisi cum usus exegerit: ita annui temporis spatio conclusit usum. — § 3. Annus ex die interdicti retrosum computare debemus. — § 4. Si quis hoc interdictum utatur, sufficit alterutrum probare, vel iter, vel actum in usu habuisse. — § 5. Julianus ait, quoad usque ingressus est, eo usque ei interdictum competere: quod verum est. — § 6. Vivianus recte ait, eum qui propter incommodatitatem rivi, aut propterea quia via publica interrupta erat, per proximi vicini agrum iter fecerit: quamvis id frequenter fecit, non videri omnino usum; itaque inutile esse interdictum, non quasi precario usum, sed quasi nec usum; ergo secundum [hoc] nec utro usum videtur: multo enim minus illo usus est, per quem non it, propter incommodatitatem rivi, aut propterea, quia via prærupta erat. Idem erit dicendum, et si non erat via publica, sed iter privatam: nam et hic eadem questio est. — § 7. Is cujus colonus²¹, aut hospes, aut quis alius²² iter ad fundum fecit: usus videtur itinere, vel actu, vel via, et idcirco interdictum habebit; et hæc ita Pædius scribit, et adjicit, etiam si ignoravit, cujus fundus esset, per quem iret, retinere eum servitutum. — § 8. Si quis autem, cum putaret fundum ad se pertinere, suo nomine iter fecerit amicus meus: utique sibi, non mihi interdictum adquisisse intelligitur. — § 9. Si quis propter inundationem usus non sit itinere actuque hoc anno, cum superiore usus sit: potest repetita die hoc interdictum uti per in integrum restitutionem ex illa parte, *si qua mihi iusta causa esse videbitur*. Sed etsi per vim hoc ei contigerit, in integrum eum restitui oportet, Marcellus probat. Præterea et aliis casibus interdictum repetita die competit, ex quibus in integrum quis restitutionem impetrare solet. — § 10. Præterea sciendum est, si, dilatione data adversario, futurum est ut causa interdicti mei deterior fiat, æquissimum esse, repetita die reddi interdictum. — § 11. Si tibi fundum precario concessero, cui via debebatur; deinde tu a domino fundi precario rogaveris, ut ea via ad eum fundum utaris: an noceat tibi exceptio, si adversus eum velis interdicere: a quo precario viam rogasti? Et magis est, ut noceat. Idque colligi potest ex eo, quod Julianus scribit in specie hujusmodi. Quærit enim, si ego tibi fundum precario dederim, cui via debebatur, et tu rogaveris precario, ut ea via utaris, nihilominus utile interdictum mihi esse: quia sicuti me precarium²³ rei meæ non tenet, ita nec per te precario possidere intelligitur; quotiens enim colonus²⁴

TIT. XIX. — 1. N. 17. c. 6. — 2. § 11. infr. hic. L. 5. § 4. infr. h. t.; L. 9. supr. de ad. quir. vel amitt. poss. — 3. d. L. 5. § 7. — 4. L. 4. § 5. infr. de precario; L. 40. in fin. supr. de acquir. vel amitt. poss.; L. 45. infr. de reg. jur. — 5. § 7. supr. h. t.

meus, aut is, cui precario fundum dedi, via utitur: ego ire intelligor: propter quod et recte dico, me itinere usum; que ratio (inquit) efficit, ut [et] si [ego] viam precario rogaverim, et tibi fundum precario dederim: quamvis hæc mente ieris, scilicet fundo meo deberetur, inutile esse interdictum: et precario eo itinere usus esse videar non immerito: non enim opinio tua, sed mea quærenda est; tu tamen (credo) poteris interdicto uti, etsi de hoc nihil scribat Julianus. — § 12. Si quis supradicto²⁵ tempore anni non vi, non clam, non precario itinere usus sit, verum postea non sit usus, sed clam, precariove: videndum est, an ei noceat; et magis est, ut nihil ei noceat, quod attinet ad interdictum.

2. PAULUS, lib. 66, ad Edictum.

Nec enim corrumpi, aut mutari, quod recte transactum est, superveniente delicto²⁶ potest.

3. ULPIANUS, lib. 70, ad Edictum.

Inde etiam illud Labeo scribit, Si, cum a me recte via utebaris, fundum vendidero, per quem utebaris, deinde emptor te prohibuit: licet clam videaris ab eo uti [nam qui prohibitus utitur, clam²⁷ utitur]; tamen interdictum tibi competere intra annum: quia hoc anno non vi, non clam, non precario usus es. — § 1. Item sciendum est, non tantum eum clam via uti, qui ipse prohibitus utitur: verum eum quoque, per quem quis id jus retinebat, si eo prohibito, per quem retinebat, utatur. Plane si ignoravi prohibebitum, et persevero uti, nihil mihi nocere dicendum est. — § 2. Si quis ab auctore meo vi, aut clam, aut precario usus est: recte a me via uti prohibetur, et interdictum ei inutile est; quia a me videtur vi, vel clam, vel precario possidere, qui ab auctore meo vitiose possidet. Nam et Pædius scribit, Si vi, aut clam, aut precario ab eo sit usus, in cujus locum hereditate, vel emptione aliove quo jure successi, idem esse dicendum: cum enim successerit²⁸ [quis] in locum eorum, æquum²⁹ non est, nos noceri hoc, quod adversus eum non nocuit, in cujus locum successimus. — § 3. In hoc interdicto examinatur, quanti ejus interesse, via non prohiberi, sive itinere. — § 4. Uti videtur servitutibus etiam per servos³⁰, vel colonos, vel amicos, vel etiam hospites: et fere per eos omnes, qui nobis retinent servitutes; sed enim per fructuarium quidem servitus retinetur: per fructuarium autem interdictum hoc domino non competere Julianus ait. — § 5. Idem Julianus scribit, Si meus usufructus in fundo tuo, proprietas vero tua fuerit, et uterque nostrum per vicini fundum iteri, utile interdictum de itinere non habere; et sive forte ab extraneo fructuarium prohibeatur, sive etiam a domino; sed et si dominus a fructuario: competet; nam et si quilibet prohibeat ire, interdictum adversus eum competit. — § 6. Hoc interdictum et ei competit, qui donationis causa fundi vacuum possessionem adeptus est.

§ 7. Si quis [ex] et mandatu meo fundum emerit, æquissimum est, mihi hoc interdictum dari, ut ille usus³¹ est, qui mandatu meo emit. — § 8. Sed et si quis usufructum emit, vel usum; vel cui legatus est, et traditus: uti hoc interdictum poterit. — § 9. Hoc amplius et is, cui dotis causa fundus traditus est, experiri hoc interdictum poterit. — § 10. Et generaliter ex omnibus causis, que instar habent venditionis, vel ex alterius contractus, dicendum est, hoc interdictum locum fore. — § 11. Ait prætor: *Qui itinere actuque hoc anno non vi, non clam, non precario ab alio usus es, quo minus [id] iter actuque, ut tibi jus esset, reficias, vim fieri veto: qui hoc interdictum uti volet, is adversario damni infecti, quod per ejus vitium datum sit, caveat³².* — § 12. Utilitas suasit, hoc quoque interdictum proponere: namque consequens erat, eum, qui itinere utitur, interdictum proponere, ut refici iter possit; quemadmodum enim alius uti potest itinere vel actu commode, quam si refecerit? corrupto enim itinere, minus commode frui uti agi potest. — § 13. Hoc autem a superiore distat, quod illo quidem interdictio omnes uti possunt, qui hoc anno usi sunt: hoc autem interdictum eum demum uti posse, qui hoc anno usus est, et jus sibi esse reficiendi, oportet. Jus autem esse videtur ei, cui³³ servitus deberetur. Itaque qui hoc interdictum utitur, duas res debet docere: et hoc anno se usum, et ei servitutem competere. Cæterum, si desit alterutrum, deficit interdictum: nec immerito; qui enim vult ire agere tantisper, quoad de servitute constat, non de jure suo docere: quid enim perdit, qui eum patitur hoc facere, qui hoc anno fecit? Enim vero qui vult reficere, aliquid novi facit: neque debet ei in alieno permitti id moliri, nisi vere habet servitutem. — § 14. Fieri autem potest, ut qui jus eundi habeat et agendi, reficiendi jus non habeat:

6. § 2. supr. h. t. — 7. L. 1. § 20. infr. tit. prox. — 8. *Immo vide* L. 1. § 5. infr. quod si aut. clam. — 9. L. 59. L. 156. § 2; L. 177. in pr. infr. de reg. jur.; L. 76. § 1. supr. de contrah. empt.; L. 28. C. de evic. — 10. d. L. 156. § 2. — 11. L. 1. § 7. supr. h. t.; L. 9. supr. de acquir. vel amitt. poss. — 12. L. 2. § ult. in pr. supr. de rei vind. — 13. L. 1. § 7. supr. h. t. — 14. L. 3. in fin. infr. cod. — 15. *Excepit* § 4. infr. h. t. — 16. L. 1. § 1. supr. de via publ. et itin. — 17. L. 1. in fin. infr. de rivis. — 18. *Immo vide* L. 11. in fin. pr. supr. commun. præd. — 19. L. 5. in pr. infr. h. t.; L. 3. in fin. infr. de rivis; L. 4. § 5. supr. si servit. vind.; L.

quia in servitute constituenda cautum sit, ne ei reficiendi jus sit; aut sic, ut si velit reficere, usque ad certum modum reficiendi jus sit; merito ergo ad reficiendum se prætor retulit. *Ut tibi* (inquit) *jus est, reficias; uti jus est*, hoc est, sicuti per servitutem impositam licet. — § 15. Reficere sic accipimus, ad pristinam formam³⁴ iter et actum reducere: hoc est, ne quis dilatet³⁵, aut producat, aut deprimat³⁶, aut exaggeret; et aliud est enim reficere, longe aliud facere. — § 16. Apud Labeonem queritur, si pontem quis novum velit facere viae muniendæ causa: an ei permittatur? et ait permittendum, quasi pars sit reficiendis hujusmodi munitio. Et ego puto veram Labeonis sententiam, si modo sine hoc commeari non possit.

4. VERULEIUS, lib. 1 Interdictorum.

Veteres nominatim adjiciebant, ut³⁷ ea quoque, que ad reficiendum utilia essent, adportanti vis non fieret: quod supervacuum est; quoniam³⁸ qui adportari non patitur ea, sine quibus refici iter non possit, vim facere videtur, quo minus reficiatur. — § 1. Si quis autem, cum posset compendiarie³⁹ adportare que refectio necessaria sunt, longiori itinere velit adportare, ut deteriorem causam eundi faciat: impune ei vis fiet, quia ipse sibi impedimento sit, quo minus reficiat.

5. ULPIANUS, lib. 20, ad Edictum.

Apparet ergo eum qui non⁴⁰ patitur hæc congeri, vim facere quo minus quis perficiat. — § 1. Plane si quis, cum posset alia⁴¹ parte agri sine incommodo domini fundi impensam adportare, id egit, ut alia parte adportet: impune ei vim fieri, recte placuit. — § 2. Hoc interdictum non solum ipsi, verum successoribus quoque esse dandum, non est ambigendum. Emptori⁴² quoque dabitur, et in emptorem. — § 3. Si quis servitutum jure impositam non habeat, habeat autem velut longæ possessionis prærogativam ex eo, quod diu usus est servitute, interdictio hoc uti potest. — § 4. Qui hoc interdicto usurus est, de vitio operis cavere⁴³ adversario debet.

6. PAULUS, lib. 66, ad Edictum.

Sicut non nocet ei qui sine⁴⁴ vitio usus est, quod eodem anno vitiose usus est: ita emptori hereditique non nocebit, quod ipsi vitiose usi sunt, si⁴⁵ testator venditor recte usi sunt.

7. CELSUS, lib. 28 Digestorum.

Si per fundum tuum nec vi, nec clam, nec precario commeavit aliquis; non tamen tanquam⁴⁶ id suo jure faceret, sed, si prohiberetur, non facturus: inutile est ei interdictum de itinere actuque: nam ut hoc interdictum competat, jus fundi possidisse oportet.

TIT. XX.

DE AQUA COTTIDIANA ET ÆSTIVA.

1. ULPIANUS, lib. 70, ad Edictum.

Ait prætor: *Uti hoc anno aquam, qua de agitur, non vi, non clam, non precario ab illo duxisti, quo minus ita ducaas, vim fieri veto.* — § 1. Hoc interdictum prohibitorium, et interdum restitutorium est, et pertinet ad aquam cottidianam. — § 2. *Cottidiana* autem aqua non illa est que cottidie ducitur: sed ea, qua quis cottidie possit uti, si vellet: quamquam cottidianam interdum hieme ducere non expediat, etsi possit duci. — § 3. Duo autem sunt genera aquarum: est cottidiana, est et æstiva. Cottidiana ab æstiva usu differt, non jure. Cottidiana [ea] est, quæ duci assidue solet vel æstivo tempore, vel hyberno, etiam si aliquando ducta non est: ea quoque dicitur cottidiana, cujus servitus intermissione temporis divisa est. *Æstiva* autem ea est, quæ æstate sola uti expediat: sicuti dicimus vestimenta æstiva, salus æstivos; castra æstiva, quibus interdum etiam hyme, plerumque autem æstate utamur. Ego puto probandum, ex proposito utentis, et ex natura locorum aquam æstivam a cottidiana discerni. Nam si sit ea aqua, que perpetuo duci possit, ego tamen æstate sola ea utar: dicendum est, hanc aquam esse æstivam; rursum si ea sit aqua, que non nisi æstate duci possit: æstiva dicitur; et si ea sint loca, que natura non admittant aquam nisi æstate: dicendum erit, recte æstivam dici. — § 4. Quod autem scriptum est in interdicto, *Uti hoc anno aquam duxisti*, hoc est: non cottidie, sed hoc anno,

11. § 2. supr. commun. præd.; L. 1. § 8. supr. de mortuo inferendo. — 20. L. 2. supr. de jurisd. — 21. L. 3. § 1. infr. h. t. — 22. L. 4. in pr. supr. cod. — 23. d. L. 4. § 1. — 24. L. 3. § 2. in fin. § 8. supr. cod.; L. 2. in fin. supr. si servit. vind.; L. 25. supr. de act. empt. — 25. L. 2. § 1. in fin. supr. h. t. — 26. L. 1. § 20. infr. tit. prox. — 27. L. 7. § 12. supr. de Publiciano. — 28. L. ult. supr. quemadmodum servit. amitt. — 29. L. 2. § 1. in fin. § 3. 4; L. 6. infr. h. t. — 2. d. L. 6.

vel una die, vel nocte. Ergo cottidiana quidem aqua [alia] est, quae cottidie duci possit, vel hyeme vel aestate, etsi aliquo momento temporis ducta sit. Aetiva ea, quae cottidie quidem duci possit, vel sola aestate: ducatur autem aestate tantum, non et hyeme: non quia non possit et hyeme, sed quia non solet. — § 5. Loquitur autem praetor in hoc interdico de ea aqua sola, quae perennis est: nulla enim alia aqua duci potest, nisi quae perennis est. — § 6. Quamquam autem ad perennes aquas dixerimus hoc interdictum pertinere; ad eas tamen perennes pertinet, quae duci possunt. Ceterum sunt quaedam, quae etsi perennes sunt, duci tamen non possunt, utputa puteales, et quae ita sunt summersae, ut defluere extra terram, et usui esse non possint; sed huiusmodi aquis, quae duci non possunt, haustus servitus imponi potest. — § 7. Haec interdicta de aqua, item de fonte, ad eam aquam pertinere videntur, quae a capite ducitur, non ⁵ aliunde: harum enim aquarum etiam servitus iure civili constitui potest. — § 8. Caput aquae illud est unde aqua nascitur: si ex fonte nascatur, ipse fons; si ex flumine vel lacu, prima incilia, vel principia fossarum, quibus aqua ex flumine, vel ex lacu in primum rivum [communem] pelli solent. Plane si aqua, sudoribus manando, in aliquid primum locum effluere, atque ibi apparere incipit: ejus hoc caput dicemus, ubi primum emergit. — § 9. Et qualiter sit constitutum jus aquae: dicendum est, hoc interdictum locum habere. — § 10. Sed etsi iure aqua non debetur alicui, si tamen iure ⁴ ducere se putavit: cum non in iure, sed in facto erravit, dicendum est, eoque iure utimur, ut interdicto hoc uti possit; sufficit enim, si iure se ducere putavit, nec vi nec clam nec precario duxit. — § 11. Illud quaeritur, utrum ea tantum aqua his interdictis continetur, quae ad agrum irrigandum pertinet, an vero omnis, etiam ea quae ad usum quoque et commodum nostrum? Et hoc iure utimur, ut ⁵ haec quoque continentur. Propter quod etiam si in urbana praedia quis aquam ducere velit: hoc interdictum locum habere potest. — § 12. Praeterea Labeo scribit, etsi quidam ductus aquarum non sint fundi, quia a quoocunque duci possint, tamen ad hoc interdictum pertinere. — § 13. Idem Labeo scribit, etiam si praetor hoc interdicto de aquis frigidis sentiat: tamen de calidis aquis interdicta non esse deneganda. Namque harum quoque aquarum usum esse necessarium: nonnunquam enim refrigerate usum irrigandis agris praestant; his accedit, quod in quibusdam locis, et cum calidae sunt, irrigandis tamen agris necessariae sunt; ut Hierapoli: constat enim apud Hierapolitanos in Asia agrum aqua calida rigari. Et quamvis ea sit aqua, quae ad rigandos non sit necessaria, tamen nemo ambiget his interdictis locum fore. — § 14. Sive autem intra urbem sit aqua sive extra urbem: hoc interdictio locus erit. — § 15. Illud tamen hic intelligendum est, eodem modo praetorem duci aquam jussisse, quo ducta est hoc anno. Proinde neque amplioris modi, neque alia ⁶ permisisse potest videri. Quare si alia aqua sit, quam quis velit ducere, quam hoc anno duxit; vel eadem, per aliam tamen regionem velit ducere: impune ei vis fiet. — § 16. Illud Labeo dicit, omnes ⁷ partes illius fundi, in quem loci aqua ducitur, ejusdem numero esse. Ergo et si forte actor confinem agrum emerit, et ex agro, in quem hoc anno aquam duxerit, postea fundi empti nomine velit aquam ducere: ita demum eum recte hoc interdicto, ut de itinere actusque, uti putant, ut semel in suum ingressus, inde egredi, qua velit, possit; nisi ei nocitum sit, ex quo aquam ducit. — § 17. Item quaeritur, si quis aquae, quam hoc anno ducebat, aliam aquam admiscerit, an impune prohibeatur? Et extat Ofilius sententia existimantis, recte eum prohiberi, sed eo loci, in quo primum aquam aliam in rivum admittit: et [Ofilius] in tota aqua recte eum prohiberi ait: ego Ofilio adsentio, non posse dividi; quia non potest ita in parte vis fieri, ut non in tota aqua fiat. — § 18. Trebatius: Cum amplior numerus pecoris ad aquam appelletur, quam debet appellari, posse universum pecus impune prohiberi: quia junctum pecus ei pecori, cui adpulsum debeat, totum corrumpat pecoris adpulsum. Marcellus autem ait, Si quis jus habens pecoris [ad aquam] appellendi, plura pecora adpulserit, non in omnibus pecoribus eum prohibendum: quod est verum; quia pecora separari possunt. — § 19. Aristo putat, eum demum interdictum hoc habere, qui se putat suo ⁸ iure uti; non eum, qui scit se nullum jus habere, et utitur. — § 20. Idem ait, eum qui hoc anno aquam duxerit, nec vi, nec clam, nec precario, et eodem anno vitiose ⁹ usus est: recte tamen hoc interdicto usurum; quod referri ad id tempus, quod sine vitio fuerit: esse enim verum, hoc anno non vi, non clam, non precario usum. — § 21. Quaesitum est, si quis ante annum aquam duxit, deinde sequenti tempore, hoc est, intra annum, aqua influxerit ipsa ¹⁰ sibi, me non du-

3. L. 9, supr. de servit. praed. rustice. — 4. § 19, infr. h. l. — 5. L. 5, in pr. infr. h. l. — 6. L. 9, circa fin. supr. de servit. — 7. L. 23, § ult. in pr. supr. de servit. praed. rust. — 8. § 10, supr. h. l. — 9. L. 5, in pr. § ult. supr. de servit. praed. rust. — 10. L. 5, in pr. § ult. supr. de servit. praed. rust. — 11. L. 2, in pr. § 1, L. 5, supr. de servit. praed. rust. — 12. L. 12, in fin. supr. de aqua et aquae pluvi. — 13. § 2, supra h. l. — 14. L. 2, in fin. supr. de aqua et aquae pluvi. — 15. § 29, in fin. infr. h. l. — 16. L. 18, in fin. supr. de aqua et aquae pluvi. — 17. L. 4, in fin.; L. pen. supr. de servit. praed. rustice. — 18. L. 23, in fin. supr. de leg. 1, § 1, L. 5, in fin. supr. de servit. praed. rustice. — 19. L. 15, § 5, de excusat. muner. — 20. L. 15, in fin. pr. supr. de servit.

cente, an hoc interdictio locus sit? Et refert Severus Valerius, competere hoc ei interdictum, quasi duxisse videatur: licet penitus prospicientibus non videretur iste duxisse. — § 22. Item quaesitum est, si quis, dum putat, tertio quoque die habere se jus aquae ducende, duxerit una die: an recte, et sine captione possessoris recte duxisse videatur, ut hoc interdictum habeat; ait enim praetor, uti hoc anno aquam duxisti, id est, alternis diebus. Illud autem nihil interest, utrum quinto die aqua debeatur, an alternis diebus, an cottidie, ei, qui hoc interdictio uti velit; nam cum sufficiat, vel uno die hoc anno aquam duxisse, nihil refert, qualem aquaeductum habens duxerit: dum si quis, cum quinto quoque die uteretur, quasi alternis diebus ducens, interdixerit, nihil ei prodesset videtur. — § 23. Praeterea illud sciendum est, si cum aquam duxisses, adversarius te prohibuerit, deinde tu interim jus aquae ducendae amiseris, in restitutionem hoc venire, ut tibi praestetur per hoc interdictum, quod amisisti: et hoc verum puto. — § 24. Si fundum, ad quem aquam ducendas, vendideris et tradideris: nihilominus interdictum tibi utile est. — § 25. Competit hoc interdictum adversus eum, qui prohibet me aquam ducere. Et nihil ¹¹ interest, utrum quis dominium fundi habeat, an non: idcircoque is tenetur interdicto; nam etsi servitus coepit, adversus quemvis posse vindicari. — § 26. Si inter rivales [id est, qui per eundem rivum aquam ducunt] sit contentio de aquae usu, utroque suum usum esse contendente: duplex interdictum utriusque competit. — § 27. Labeo putat, per hoc interdictum prohiberi quem, ne quid in illo fundo faciat, fodiat, seriat, succidat, puet, adificet, quare ex re aqua, quam ille hoc anno per fundum tuum sine vitio duxit, inquinetur, vitietur, corrumpatur, deteriorve fiat: et similiter de aestiva aqua debere interdicti ait. — § 28. Si quis hoc cesserit, ne ¹² liceat sibi aquam quaerere: ea cessio valet. — § 29. Deinde ait praetor: Ut priore aestate aquam, qua de agitur, nec vi, nec clam, nec precario ab illo duxisti, quominus ita ducas, vim fieri veto. Iner heredes, employes, et bonorum possessores interdicam. — § 30. Hoc interdictum de aqua aestiva proponitur. — § 31. Quia autem diximus ¹³ aestivam aquam aliquo distare ab aqua cottidiana, sciendum est, etiam interdictis distare: quod qui de aqua quotidiana interdicti, ita interdicti, uti hoc anno aquam duxisti, at qui de aestiva [sic], uti priore aestate, nec immerito, nam, quia hyeme non utitur, referre se non ad praesentem aestatem, sed ad priorem debuit. — § 32. Aestatem incipere sic peritiores tradiderunt, ab aequinoctio verno, et finiri aequinoctio autumnali: et ita senis mensibus aestas atque hyems dividitur. — § 33. Priorem aestatem ex comparatione duarum aestatum accipi. — § 34. Propter hoc, si aestate interdicatur, nonnunquam annum et sex menses continere: quod ita contingit, si initio verni aequinoctii ducta sit aqua, et sequenti aestate pridie aequinoctium autumnale interdicatur. Et proinde si hyeme interdicatur, etiam in biennium haec res extenditur. — § 35. Si quis hyeme tantum aquam solitus fuit ducere, aestate non fuit solitus, utile interdictum ei competit. — § 36. Qui hac aestate duxit, non superiore: utile interdictum habet. — § 37. Ait praetor, Inter heredes et employes, et bonorum possessores interdicam: haec verba non solum ad aestivam aquam, verum etiam ad quotidianam quoque referenda esse sciendum est; nam sicuti de itinere actusque et successoribus ¹⁴ dantur interdicta et emptori, ita haec quoque danda praetor putavit. — § 38. Ait praetor: Quo ex castello ¹⁵ illi aquam ducere ab eo, cui ejus rei jus fuit, permissum est: quo minus ita, uti permissum est, ducat, vim fieri veto. Quandoque de opere faciendo interdictum erit, damni infecti cavere jubebo. — § 39. Hoc interdictum necessario propositum est; namque superiora interdicta ad eos pertinent, qui a capite ducunt, vel imposita servitute, vel quia putant impositam: aequissimum visum est, ei quoque qui ex castello ducit, interdictum dari: id est, ex eo receptaculo, quod aquam publicam suscipit, castellum accipere. — § 40. Si ex castello permissum est, dandum erit interdictum. — § 41. Permittitur autem aquam ex castello, vel ex rivo, vel ex quo alio loco publico ducere. — § 42. Idque a principe ¹⁶ conceditur: alii nulli competit jus aquae ducendae. — § 43. Et datur interdum praedictis, interdum personis. Quod praedictis datur extincta persona non extinguitur: quod datur personis, cum personis amittitur ¹⁷; ideoque neque ad alium dominum praediorum, neque ad heredem, vel qualemcunque successorem transit. — § 44. Plane ei ad quem dominium transit, impetrabile est; nam si docuerit praedictis suis aquam debitam, et si nomine ejus fluxisse, a quo dominium ad se transit: indubitata impetrat jus aquae ducendae; nec est hoc beneficium, sed injuria, si quis forte non impetra-

— 13. § 5, supra h. l. — 14. L. 2, in fin. supr. si servit. vind. — 15. § 29, in fin. infr. h. l. — 16. L. 18, in fin. supr. de aqua et aquae pluvi. — 17. L. 4, in fin.; L. pen. supr. de servit. praed. rustice. — 18. L. 23, in fin. supr. de leg. 1, § 1, L. 5, in fin. supr. de servit. praed. rustice. — 19. L. 15, § 5, de excusat. muner. — 20. L. 15, in fin. pr. supr. de servit.

verit. — § 45. Meminisse autem debemus, in hoc interdictio totam questionem finiri adsignationis; non enim preparat hoc interdictum causam, ut superiora interdicta; nec ad possessionem temporariam pertinet: sed aut habet jus adsignatum sibi, aut non habet, et interdictum totum finitur.

2. POMPONIUS, lib. 52, ad Sabinum. Si diurnarum aut nocturnarum ¹⁸ horarum aquaeductum habeam, non possum alia hora ducere, quam qua jus habeam ducendi.

3. IDEM, lib. 51, ad Sabinum. Hoc iure utimur, ut etiam non ad irrigandum ¹⁹, sed pecoris causa, vel amoenitatis, aqua duci possit. — § 1. Ex flumine aquam ducere plures ²⁰ possunt: ita ²¹ tamen ut vicinis non noceant; vel si angustus amnis sit, etiam ei qui in alia ripa sit. — § 2. Si aquam ex flumine publico duxeris, et flumen recesseris: non potes subsequi flumen: quia ei loco servitus imposita non sit, quamvis is locus meus sit. Sed si alluvione paulatim accesserit fundo tuo, subsequi potes: quia locus totus fluminis serviat ductioni. Sed si circumfluere coeperit mutato alveo, non potes: quia medius locus non serviat, interruptaque sit servitus. — § 3. Aqua quae in rivo nascitur, tacite lucrifit ab eo qui ducit. — § 4. Ductus aquae, cuius origo memoriam ²² excessit, iure constituti loco habetur. — § 5. Is ²³ qui aquae cottidiana [jus] habet, vel fistulam in rivo ponere, vel aliud quodlibet facere potest, dummodo ne fundum domino, aut aquagium rivalibus deterius faciat. — § 6. Si aqua ducatur, supra eam alia aqua per pontem ²⁴, qui supra rivum factus sit, iure ducitur: dum inferiori rivo non noceatur.

4. JULIANUS, lib. 41, Digestorum. Lucio Titio ex fonte meo ut aquam duceret, cessi. Quaesitum est, an et Maevio cedere possim, ut per eundem aquaeductum aquam ducat? [et] si putaveris posse cedi per eundem aquaeductum duobus: quemadmodum uti debeant? Respondit: Sicut iter, actus, via pluribus ²⁵ cedi vel simul vel separatim potest, ita aquae ducendae jus recte cedetur; sed si inter eos, quibus aqua cessa est, non convenit, quemadmodum utantur, non erit iniquum, utile iudicium reddi: sicut inter ²⁶ eos, ad quos ususfructus pertinet, utile communi dividendo iudicium reddi, plerisque placuit.

5. IDEM, lib. 4, ex Minicio. Cum constet, non solum temporibus ²⁷, sed etiam mensuris posse aquam dividi, potest eodem tempore alius cottidianam, alius aestivam aquam ducere: ita ut eadem dividatur inter eos aqua, hieme solus ducat is, qui cottidiane jus habeat. — § 1. Inter duos qui eodem rivo aquam certis horis separatim ducunt, convenit, ut permutatis inter se temporibus aqua uterentur: quaero, cum amplius tempore servitutibus praefinito ita duxissent, ut neuter eorum suo tempore usus esset, num jus utendi amississet? negavit, amississe ²⁸.

6. NERATIUS, lib. 3, Membranarum. De interdicto de aqua aestiva; item quotidiana, quaerentes, primum constitutum existimabamus, quae ²⁹ esset aqua aestiva, de qua proprium interdictum ad prioris aestatis tempus relatum reddi solet: hoc est, aestiva aqua utrumque ex iure aestivo duntaxat tempore utendi diceretur; an ex mente proponente ducens, quod aestate eam ducendi consilium haberet; an ex natura ipsius aquae, quae aestate tantum duci potest; an ex utilitate locorum in qua duceretur? Placebat igitur aquam ob has duas res, naturam suam, utilitatemque locorum in qua ducitur, proprie appellari: ita ut, si vis ejus natura erit, ut nisi aestate duci non possit, etiam si hyeme quoque desideraretur, sive omni tempore anni duci cum ipsius natura permetteret, si utilitas locorum personis, in quam ducitur, aestate duntaxat usum ejus exigeret, aestiva recte diceretur.

7. PAULUS, lib. 8, Sententiarum. Si de via, itinere, actu, aquae ductu agatur, huiusmodi cautio ³⁰ praestanda est, quando quis de iure suo doceat, non se impediturum agentem, et aquam ducentem, et iter facientem. Quod si neget ³¹ jus esse adversario agendi, aquae ducende: cavere sine praedictio amittenda servitutis debet, donec questio finietur, non se usurum.

8. SECVOLA, lib. singulari Opav. Cui per fundum iter aquae debetur: quacunque vult ³², in eo rivum licet faciat, dum ne ³³ aquaeductum interverteret.

18. L. 10, § 1, supr. quemadm. servit. amitt. — 19. L. 17, in pr. supr. de aqua et aquae pluvi. — 20. L. 4, § 1, supr. h. l. — 21. L. 4, infr. eod. — 22. § ult. infr. h. l.; L. 17, in fin. supr. de servit. praed. rustice. — 23. L. 10, in pr. supr. si servit. vind. — 24. L. 11, in fin. supr. de aqua et aquae pluvi. — 25. L. 15, supr. de servit. praed. rustice. — 26. L. 11, in pr. supr. de aqua et aquae pluvi. — 27. L. 3, § 1, supr. h. l.; L. 2, § 1 et 2, supr. de servit. praed. rustice. — 28. L. 15, supr. commun. praed. — 29. L. 15, § 5, supr. de usufr. — 30. L. 7, § 7, supr. commun. divid. — 31. L. 5, in fin. supr. de servit. — 32. L. 20; L. 19, in fin. supr. commun. divid. — 33. Immo vide L. 15, C. de servit.; L. 20, § 1, supr. quemadm. servit. amitt. — 34. L. 1, § 3, supr. h. l. — 35.

1. ULPIANUS, lib. 70, ad Edictum. Praetor ait: Rivos ¹, specus ², sepiam ³ reficere, purgare, aquae ducendae causa, quo minus liceat illi: dum ne aliter aquam ducat, quam uti priore aestate non vi, non clam, non precario a te duxit: vim fieri veto.

— § 1. Hoc interdictum utilissimum est: nam si permittatur alicui reficere, alia ratione usu incommodabitur. — § 2. Ait ergo praetor rivum, specus. Rivus est locus per longitudinem depressus, quo aqua decurrit, cui nomen est από τοῦ ῥέου, id est, a fluendo. — § 3. Specus autem est locus ex quo despicitur. Inde spectacula sunt dicta. — § 4. Sepia sunt, quae ad incile ⁴ opponuntur, aquae derivandae compellendae ex flumine causa, sive ea lignea sunt, sive lapidea, sive qualibet alia materia sint ad continentiam transmittendamque aquam excogitata. — § 5. Incile autem est locus depressus ad latus fluminis, ex eo dictus, quod incidatur: inciditur enim vel lapis, vel terra, unde primum aqua ex flumine agi possit. Sed et fossae et putei hoc interdictio continentur. — § 6. Deinde ait praetor reficere, purgare. Reficere est, quod corruptum est, in pristinum statum restaurare. Verbo reficendi ⁵ tegere, substruere, sareire, aedificare, item advehere, adportareque ⁶ ea, quae ad eandem rem opus essent, continentur. — § 7. Purgandi ⁷ verbum perique quidem putant ad eum rivum pertinere, qui integer est; et palam est, et ad eum pertinere, qui reficere indiget: plerumque enim [ut] reficere et purgatione indigent. — § 8. Aquae, inquit, ducendae causa; merito hoc additur, ut ei demum permittatur et reficere et purgare rivum, qui aquae ducendae causa id fecit. — § 9. Hoc interdictum competit etiam ei, qui jus aquae ducendae non habet, si modo aut priore aestate, aut eodem anno aquam duxerit: cum sufficiat, non vi, non clam, non precario duxisse. — § 10. Si quis terrenum rivum signium [id est, lapideum] facere velit, videri eum non ⁸ recte hoc interdictio uti: non enim reficit ⁹, qui hoc facit: et ita Ofilio videtur. — § 11. Proinde etsi per alium locum velit ducere, impune prohibetur. Sed etsi eundem rivum deprimat ¹⁰ vel attollat, aut dilatet, vel extendat, vel operiat apertum, vel contra. Ego ceteros quidem impune prohiberi puto; at enim eum qui operiat apertum, vel contra: eum non puto prohibendum, nisi si quam majorem utilitatem suam adversarius ostendat.

2. PAULUS, lib. 66, ad Edictum. Labeo non posse ait ex aperto rivo terrenum fieri: quia commodum domino soli auferetur appellendi pecus, vel hauriendi aquam; quod sibi non placere, Pomponius ait: quia id domino magis ex occasione, quam ex iure contingere; nisi si ab initio in imponenda servitute id actum esset.

3. ULPIANUS, lib. 70, ad Edictum. Servius autem scribit, aliter duci aquam, quae ante per specus ducta est, si nunc per apertum ducatur; nam si operis aliquid faciat quis, quo magis aquam conservet vel contineat: non impune prohiberi; ego et in specu contra, si non major utilitas versetur adversarii. — § 1. Servius et Labeo scribunt, si rivum, qui ab initio terrenus fuit, qui aquam non continebat, camentitium velit facere: audiendum esse. Sed et si eum rivum, qui structilis fuit, postea terrenum faciat, aut partem rivi: aequae non esse prohibendum. Mihi videtur urgens et necessaria reficere esse admittenda. — § 2. Si quis novum canalem vel fistulas in rivo velit collocare, cum id nunquam habuerit: utile ei hoc interdictum futurum Labeo ait, nos et hic opinamur, utilitatem ejus, qui ducit sine incommoditate ejus, cuius aequae est, spectandam. — § 3. Si aqua in unum lacum conducatur, et inde per plures ductus ducatur: hoc interdictum utile erit volenti reficere ipsam lacum. — § 4. Hoc interdictum ad omnes rivus pertinet, sive in publico sive in privato sint constituti. — § 5. Sed etsi calidae ¹¹ aquae rivus sit, de hoc reficendo competit interdictum. — § 6. Aristo et de cuniculo restituendo, per quem vapor trahitur in balnearis vaporibus, putat utile actionem competere: et erit dicendum, utile interdictum ex hac causa competere. — § 7. Iisdem autem personis et in eadem interdictum hoc datur, quibus et in quas et de aqua interdicta redduntur, quae supra sunt enumerata. — § 8. Si quis rivum reficenti opus ¹² novum nunciat, belle dictum est, posse contemni operis novi un-

L. 60, § 1, supr. de usufr. — L. 15, supr. de novi oper. nunciat. — 31. L. 9, supr. de servit. — 32. L. 3, § 1, supr. h. l. — 33. L. 1, § 1, supr. h. l. — 34. § 3, infr. h. l. — 35. § 3, infr. h. l. — 36. § 3, infr. h. l. — 37. § 3, infr. h. l. — 38. § 3, infr. h. l. — 39. § 3, infr. h. l. — 40. § 3, infr. h. l. — 41. § 3, infr. h. l. — 42. § 3, infr. h. l. — 43. § 3, infr. h. l. — 44. § 3, infr. h. l. — 45. § 3, infr. h. l. — 46. § 3, infr. h. l. — 47. § 3, infr. h. l. — 48. § 3, infr. h. l. — 49. § 3, infr. h. l. — 50. § 3, infr. h. l. — 51. § 3, infr. h. l. — 52. § 3, infr. h. l. — 53. § 3, infr. h. l. — 54. § 3, infr. h. l. — 55. § 3, infr. h. l. — 56. § 3, infr. h. l. — 57. § 3, infr. h. l. — 58. § 3, infr. h. l. — 59. § 3, infr. h. l. — 60. § 3, infr. h. l. — 61. § 3, infr. h. l. — 62. § 3, infr. h. l. — 63. § 3, infr. h. l. — 64. § 3, infr. h. l. — 65. § 3, infr. h. l. — 66. § 3, infr. h. l. — 67. § 3, infr. h. l. — 68. § 3, infr. h. l. — 69. § 3, infr. h. l. — 70. § 3, infr. h. l. — 71. § 3, infr. h. l. — 72. § 3, infr. h. l. — 73. § 3, infr. h. l. — 74. § 3, infr. h. l. — 75. § 3, infr. h. l. — 76. § 3, infr. h. l. — 77. § 3, infr. h. l. — 78. § 3, infr. h. l. — 79. § 3, infr. h. l. — 80. § 3, infr. h. l. — 81. § 3, infr. h. l. — 82. § 3, infr. h. l. — 83. § 3, infr. h. l. — 84. § 3, infr. h. l. — 85. § 3, infr. h. l. — 86. § 3, infr. h. l. — 87. § 3, infr. h. l. — 88. § 3, infr. h. l. — 89. § 3, infr. h. l. — 90. § 3, infr. h. l. — 91. § 3, infr. h. l. — 92. § 3, infr. h. l. — 93. § 3, infr. h. l. — 94. § 3, infr. h. l. — 95. § 3, infr. h. l. — 96. § 3, infr. h. l. — 97. § 3, infr. h. l. — 98. § 3, infr. h. l. — 99. § 3, infr. h. l. — 100. § 3, infr. h. l. — 101. § 3, infr. h. l. — 102. § 3, infr. h. l. — 103. § 3, infr. h. l. — 104. § 3, infr. h. l. — 105. § 3, infr. h. l. — 106. § 3, infr. h. l. — 107. § 3, infr. h. l. — 108. § 3, infr. h. l. — 109. § 3, infr. h. l. — 110. § 3, infr. h. l. — 111. § 3, infr. h. l. — 112. § 3, infr. h. l. — 113. § 3, infr. h. l. — 114. § 3, infr. h. l. — 115. § 3, infr. h. l. — 116. § 3, infr. h. l. — 117. § 3, infr. h. l. — 118. § 3, infr. h. l. — 119. § 3, infr. h. l. — 120. § 3, infr. h. l. — 121. § 3, infr. h. l. — 122. § 3, infr. h. l. — 123. § 3, infr. h. l. — 124. § 3, infr. h. l. — 125. § 3, infr. h. l. — 126. § 3, infr. h. l. — 127. § 3, infr. h. l. — 128. § 3, infr. h. l. — 129. § 3, infr. h. l. — 130. § 3, infr. h. l. — 131. § 3, infr. h. l. — 132. § 3, infr. h. l. — 133. § 3, infr. h. l. — 134. § 3, infr. h. l. — 135. § 3, infr. h. l. — 136. § 3, infr. h. l. — 137. § 3, infr. h. l. — 138. § 3, infr. h. l. — 139. § 3, infr. h. l. — 140. § 3, infr. h. l. — 141. § 3, infr. h. l. — 142. § 3, infr. h. l. — 143. § 3, infr. h. l. — 144. § 3, infr. h. l. — 145. § 3, infr. h. l. — 146. § 3, infr. h. l. — 147. § 3, infr. h. l. — 148. § 3, infr. h. l. — 149. § 3, infr. h. l. — 150. § 3, infr. h. l. — 151. § 3, infr. h. l. — 152. § 3, infr. h. l. — 153. § 3, infr. h. l. — 154. § 3, infr. h. l. — 155. § 3, infr. h. l. — 156. § 3, infr. h. l. — 157. § 3, infr. h. l. — 158. § 3, infr. h. l. — 159. § 3, infr. h. l. — 160. § 3, infr. h. l. — 161. § 3, infr. h. l. — 162. § 3, infr. h. l. — 163. § 3, infr. h. l. — 164. § 3, infr. h. l. — 165. § 3, infr. h. l. — 166. § 3, infr. h. l. — 167. § 3, infr. h. l. — 168. § 3, infr. h. l. — 169. § 3, infr. h. l. — 170. § 3, infr. h. l. — 171. § 3, infr. h. l. — 172. § 3, infr. h. l. — 173. § 3, infr. h. l. — 174. § 3, infr. h. l. — 175. § 3, infr. h. l. — 176. § 3, infr. h. l. — 177. § 3, infr. h. l. — 178. § 3, infr. h. l. — 179. § 3, infr. h. l. — 180. § 3, infr. h. l. — 181. § 3, infr. h. l. — 182. § 3, infr. h. l. — 183. § 3, infr. h. l. — 184. § 3, infr. h. l. — 185. § 3, infr. h. l. — 186. § 3, infr. h. l. — 187. § 3, infr. h. l. — 188. § 3, infr. h. l. — 189. § 3, infr. h. l. — 190. § 3, infr. h. l. — 191. § 3, infr. h. l. — 192. § 3, infr. h. l. — 193. § 3, infr. h. l. — 194. § 3, infr. h. l. — 195. § 3, infr. h. l. — 196. § 3, infr. h. l. — 197. § 3, infr. h. l. — 198. § 3, infr. h. l. — 199. § 3, infr. h. l. — 200. § 3, infr. h. l. — 201. § 3, infr. h. l. — 202. § 3, infr. h. l. — 203. § 3, infr. h. l. — 204. § 3, infr. h. l. — 205. § 3, infr. h. l. — 206. § 3, infr. h. l. — 207. § 3, infr. h. l. — 208. § 3, infr. h. l. — 209. § 3, infr. h. l. — 210. § 3, infr. h. l. — 211. § 3, infr. h. l. — 212. § 3, infr. h. l. — 213. § 3, infr. h. l. — 214. § 3, infr. h. l. — 215. § 3, infr. h. l. — 216. § 3, infr. h. l. — 217. § 3, infr. h. l. — 218. § 3, infr. h. l. — 219. § 3, infr. h. l. — 220. § 3, infr. h. l. — 221. § 3, infr. h. l. — 222. § 3, infr. h. l. — 223. § 3, infr. h. l. — 224. § 3, infr. h. l. — 225. § 3, infr. h. l. — 226. § 3, infr. h. l. — 227. § 3, infr. h. l. — 228. § 3, infr. h. l. — 229. § 3, infr. h. l. — 230. § 3, infr. h. l. — 231. § 3, infr. h. l. — 232. § 3, infr. h. l. — 233. § 3, infr. h. l. — 234. § 3, infr. h. l. — 235. § 3, infr. h. l. — 236. § 3, infr. h. l. — 237. § 3, infr. h. l. — 238. § 3, infr. h. l. — 239. § 3, infr. h. l. — 240. § 3, infr. h. l. — 241. § 3, infr. h. l. — 242. § 3, infr. h. l. — 243. § 3, infr. h. l. — 244. § 3, infr. h. l. — 245. § 3, infr. h. l. — 246. § 3, infr. h. l. — 247. § 3, infr. h. l. — 248. § 3, infr. h. l. — 249. § 3, infr. h. l. — 250. § 3, infr. h. l. — 251. § 3, infr. h. l. — 252. § 3, infr. h. l. — 253. § 3, infr. h. l. — 254. § 3, infr. h. l. — 255. § 3, infr. h. l. — 256. § 3, infr. h. l. — 257. § 3, infr. h. l. — 258. § 3, infr. h. l. — 259. § 3, infr. h. l. — 260. § 3, infr. h. l. — 261. § 3, infr. h. l. — 262. § 3, infr. h. l. — 263. § 3, infr. h. l. — 264. § 3, infr. h. l. — 265. § 3, infr. h. l. — 266. § 3, infr. h. l. — 267. § 3, infr. h. l. — 268. § 3, infr. h. l. — 269. § 3, infr. h. l. — 270. § 3, infr. h. l. — 271. § 3, infr. h. l. — 272. § 3, infr. h. l. — 273. § 3, infr. h. l. — 274. § 3, infr. h. l. — 275. § 3, infr. h. l. — 276. § 3, infr. h. l. — 277. § 3, infr. h. l. — 278. § 3, infr. h. l. — 279. § 3, infr. h. l. — 280. § 3, infr. h. l. — 281. § 3, infr. h. l. — 282. § 3, infr. h. l. — 283. § 3, infr. h. l. — 284. § 3, infr. h. l. — 285. § 3, infr. h. l. — 286. § 3, infr. h. l. — 287. § 3, infr. h. l. — 288. § 3, infr. h. l. — 289. § 3, infr. h. l. — 290. § 3, infr. h. l. — 291. § 3, infr. h. l. — 292. § 3, infr. h. l. — 293. § 3, infr. h. l. — 294. § 3, infr. h. l. — 295. § 3, infr. h. l. — 296. § 3, infr. h. l. — 297. § 3, infr. h. l. — 298